

RosettaStone[®]



LINGUA LATINA

Level 3

LATIN
LATEIN
LATINO

Course Content

Contenido del curso
Contenu du cours
Kursinhalt
Contenuto del corso

VERSION 3

RosettaStone®



LINGUA LATINA

Level 3

LATIN
LATEIN
LATINO

Course Content

Contenido del curso
Contenu du cours
Kursinhalt
Contenuto del corso

VERSION 3

CCB-LAT-L3-1.0 - 110145

ISBN 978-1-60829-021-5

All information in this document is subject to change without notice. This document is provided for informational purposes only and Rosetta Stone Ltd. makes no guarantees, representations or warranties, either express or implied, about the information contained within the document or about the document itself. Rosetta Stone®, Contextual Formation™, Language Learning Success™, Adaptive Recall™, Dynamic Immersion™ are trademarks of Rosetta Stone Ltd. Copyright © 2008 Rosetta Stone Ltd. All rights reserved.

Printed in the United States of America

Rosetta Stone

Harrisonburg, Virginia USA

T (540) 432-6166 • (800) 788-0822 in USA and Canada

F (540) 432-0953

RosettaStone.com

Index Generalis

De domo et de valetudine

1.1	Caput.....	1
1.2	Caput.....	3
1.3	Caput.....	5
1.4	Caput.....	7
1.5	Fabella	9

De vita et de orbe terrarum

2.1	Caput.....	9
2.2	Caput.....	11
2.3	Caput.....	13
2.4	Caput.....	15
2.5	Fabella	17

De rebus ad vitam cottidianam pertinentibus

3.1	Caput.....	18
3.2	Caput.....	21
3.3	Caput.....	23
3.4	Caput.....	25
3.5	Fabella	28

De locis et de rerum eventibus

4.1	Caput.....	28
4.2	Caput.....	30
4.3	Caput.....	32
4.4	Caput.....	35
4.5	Fabella	37

Alphabetum 39

Index Verborum 40

1.1 Caput

- 01 saepes
saepes
saepes
viridarium
viridarium
piscina
- 02 Puer et puella super saepem sedent.
Haec saepes fracta est.
In viridario prandium sumit.
In viridario acta diurna legit.
Haec piscina intus est.
Haec piscina foris est.
- 03 Viridarium iuxta piscinam est.
Viridarium pone domum est.
Flores iuxta saepem sunt.
Piscina pone saepem est.
- 04 Saepem ascendo.
Puella de saepe salit.
Femina scalas ascendit.
Vir de scalis salit.
- 05 Arborem ascendit.
Arborem ascendunt.
De lecto saliam.
De lecto salui.
- 06 Puella salit.
Equus trans saepem salit.
Vir pilam iacit.
Femina pilam trans tentorium iacit.
- 07 Pilam iaciet.
Pilam iacit.
Pilam iecit.
- 08 Puella pilam trans raedam iacit.
Vir trans aquam salit.
Puer pilam trans saepem iacit.
- 09 Puella mensam ascendit.
Puer de mensa salit.
Femina navem ascendit.
Puer de nave salit.
- 10 Puer super saepem salit.
Puella de saepe salit.
Puer mensam ascendit.
- 11 Puella pilam iacit.
Puer pilam capit.
Femina flores iacit.
Vir flores capit.
Linteum iecit.
Linteum cepit.
- 12 Pilam iaciet.
Pilam iecit.
Aurantium capiet.
Aurantium cepit.
- 13 Nolite pilam in viridario iacere!
Noli trans saepem salire!
Nolite arborem ascendere!
- 14 Haec telehorasis munere suo fungitur.
Haec telehorasis munere suo non fungitur.
Hoc horologium munere suo fungitur.
Hoc horologium munere suo non fungitur.
- 15 Fungiturne hoc computatorium munere suo?
Munere suo non fungitur.
Fungunturne haec instrumenta photographica
muneribus suis?
Muneribus suis funguntur.
- 16 Pater paegnium filii sui reficit.
Saepem reficit.
Aeroplanum reficit.
Birotam reficio.
- 17 Telephonum gestabile meum munere suo non
fungitur. Id refice, quaeso!
Computatorium nostrum munere suo non
fungitur. Id reficit.
Paegnium eius fractum est. Avus eius id reficit.
Radiophonia mea fracta est. Potesne eam
reficere?
- 18 Facile est.
Difficile est.
Facile est.
Difficile est.
- 19 Hanc pilam iacere facile est.
Vidulum iacere difficile est.
Hoc ascendere facile est.
Hoc ascendere difficile est.

1.1 Pars alia

- 20 Hic nartis prolabi facile est.
Hic nartis prolabi difficile est.
Hic natate facile est.
Hic natate difficile est.
- 21 Hanc birotam reficere facile est.
Hoc computatorium reficere difficile est.
Hanc saepem reficere facile est.
Hanc raedam reficere difficile est.
- 22 Hoc facile est.
Hoc difficile est.
Hoc facile est.
Hoc difficile est.
- 23 Cur arborem ascendisti?
Quia mala libenter edo.
Cur pilam non cepisti?
Quia nimis brevis sum.
- 24 Cur librum non legisti?
Quia eum legere valde difficile erat.
Cur Susanna ad convivium non venit?
Quia Novum Eboracum invisebat.
- 25 Aliquando sicut ii nartis prolabemur.
Aliquando sicut ea saltabo.
Aliquando sicut pater cithara canam.
Aliquando sicut is pediludio ludam.
- 26 Sicut ii saltare difficile est.
Sicut is gubernare difficile est.
Sicut is salire difficile est.
- 27 Hoc libum raedae simile est.
Haec mappula floris similis est.
Hoc faciei simile est.
- 28 Puer patris similis est.
Hae feminae similes sunt.
Viri similes sunt.
Hae puellae similes non sunt.
- 29 In theatro cinematographico inter se conveniunt.
Inter se amant.
Inter se amplectuntur.
Inter vos amatis.
- 30 Vir et femina inter se osculantur.
Inter nos adiuvamus.
Inter nos aspicimus.
- 31 Visne stolam rubram?
Nolo. Caeruleam volo.
Visne tuniculam albam?
Nolo. Cineream volo.
- 32 Velisne potionem Arabicam?
Velim.
Velisne acetaria?
Nolim. Acetaria habeo.
Visne potionem Arabicam?
Nolo.
Visne aquam?
Volo.
- 33 Velisne malum?
Nolim. Malum habeo.
Velisne birotam conducere?
Nolim. Birotam habeo.
- 34 Tuusne filius mensam ascendit?
Meus filius non est.
Hic puer filii tui similis est.
Filius meus in piscina est.
- 35 Fungiturne computatorium munere suo?
Munere suo non fungitur. Fractum est.
Cur id heri non refecisti?
Quia birotam reficiebam.
Fungiturne nunc birota munere suo?
Munere suo fungitur.

1.2 Caput

- 01 focus
focus
focus
machina elutoria
machina elutoria
armarium frigidarium
- 02 Gallinacea super focum est.
Sucus aurantium in armario frigidario est.
Pocula in machina elutoria sunt.
- 03 Acetabula vasa escaria sunt.
Catilli vasa escaria sunt.
Pocula vasa escaria sunt.
- 04 Velisne poculum aquae?
Nolim. Poculum aquae habeo.
Visne poculum lactis?
Nolo. Poculum lactis habeo.
- 05 Poculum super abacum est.
Armarium frigidarium iuxta abacum est.
Machina elutoria sub abaco est.
- 06 Sordida vasa escaria in labello sunt.
Munda vasa escaria in machina elutoria sunt.
Sordidi catilli et pocula super abacum sunt.
- 07 Poculum plenum lactis est.
Labellum plenum vasorum escariorum est.
Machina elutoria vacua est.
Armarium frigidarium vacuum est.
- 08 Receptaculum purgamentorum male olet.
Linteamina munda bene olent.
Receptaculum purgamentorum plenum est.
Acetabulum vacuum est.
- 09 Poculum plenum est.
Poculum vacuum est.
Receptaculum purgamentorum plenum est.
Receptaculum purgamentorum vacuum est.
- 10 Fenestrae in tecto sunt.
Tectum album est.
Solum e ligno est.
Receptaculum purgamentorum super solum est.
Vir solum reficit.
Tectum suum reficiunt.
- 11 Verre solum, quaeso.
Solum culinae verrit.
Prope macellum verrit.
- 12 Solum verret.
Solum verrimus.
Gradus verro.
- 13 Purgamenta aufero.
Aufer purgamenta, quaeso.
Purgamenta aufert.
- 14 Vasa escaria lavabit.
Vasa escaria lavat.
Vasa escaria lavi.
- 15 Lava vasa escaria, quaeso.
Lava faciem quaeso.
Lavate vestimenta, quaeso.
- 16 Verre gradus, quaeso.
Aufer purgamenta, quaeso.
Refice sellam, quaeso.
Lava vestimenta, quaeso.
- 17 Vir stragulam vestem vendit.
Lectus diurnus foris est.
Stragula vestis rubra super solum est.
Tres super lectum diurnum sedent.
- 18 Feles super lectum diurnum est et femina iuxta
lectum diurnum est.
Infans in solo sedet et mater eius super lectum
diurnum sedet.
Femina super lectum diurnum sedet et vir pone
lectum diurnum est.
- 19 Tectum haustri ope purgo.
Stragulam vestem haustri ope purgo.
Purga gradus haustri ope, quaeso.
Lectum diurnum haustri ope purgat.
- 20 Quid facis?
Solum haustri ope purgo.
Quid facis?
Solum haustri ope purgo.
- 21 Femina raedam in ordinem redigit.
Exedram in ordinem redigam.
Discipula bibliothecam in ordinem redigit.
Cubiculum in ordinem redegimus.

1.2 Pars alia

- 22 Redige culinam in ordinem, quaeso.
Culinam in ordinem redigo.
Redige cubiculum tuum in ordinem, quaeso.
Cubiculum meum in ordinem redigo.
- 23 Solium plenum aquae est.
Solium vacuum est.
Labellum iuxta sellam pertusam est.
Aquaе deiectus viridis est.
- 24 Femina solum purgat.
Vir sellam pertusam purgat.
Purga labellum, quaeso.
Fenestram purgo.
- 25 Feles in labello est.
Puer in aquae deiectu est.
Labellum purgo.
Aquaе deiectum purgo.
- 26 Solium purgant.
Abacum purgo.
Puer solum purgat.
- 27 focus
solium
labellum
focus
solium
labellum
- 28 In solio lavabor.
Fratres in solio lavantur.
Puer in solio lautus est.
- 29 Puella in aquae deiectu lavabitur.
In aquae deiectu foris lavatur.
In aquae deiectu lauta sum.
- 30 Femina in solio lavatur.
Femina in aquae deiectu lavatur.
In solio lavabor.
In aquae deiectu lavabor.
- 31 Purgamenta abstuli.
Nunc solum mihi purgandum est.
Vasa escaria lavi.
Nunc solum mihi verrendum est.
- 32 Quid hodie nobis faciendum est?
Balneum nobis lavandum est.
Labellum purgabo.
Solium purgabo.
Purgabisne sellam pertusam?
Primum solum verres. Tum sellam pertusam purgabo.
- 33 Quo is?
Ad hortos publicos eo.
Redegistine in ordinem cubiculum tuum?
Cubiculum meum in ordinem redegisti.
Purgavistine solum haustri ope?
Non purgavi. Nunc solum haustri ope purgabo.

1.3 Caput

- 01 Hic vir robustus est.
Hic vir robustior est.
Haec femina robusta est.
Haec femina robustior est.
- 02 Robustus est.
Robustus non est.
Robusta est.
Robusta non est.
- 03 Uter robustior est?
Femina robustior quam vir est.
Uter robustior est?
Vir robustior quam femina est.
- 04 Puer exercetur.
Vir non exercetur. Legit.
Puellae non exercentur. Loquuntur.
Femina exercetur.
- 05 Robustus est quia exercetur.
Lunae diebus, Mercurii diebus, Iovis diebus
exerceor.
In litore maritimo exercemur.
- 06 Pediludium exercent.
Vir ludum pilae Caledonicae in officio exercet.
Teniludium exerceo.
- 07 Turma Brasiliae vestimenta flava habet.
Turma Galliae vestimenta caerulea habet.
Sex pueri in hac turma sunt.
Undecim puellae in hac turma sunt.
- 08 Turma pediludium exercet.
Turma teniludium exercet.
Imaginem photographicam turmae facit.
- 09 In qua turma ludis?
In turma pediludii ludo.
Cur hodie exerceris?
Quia cras turma pediludii mea certamen habebit.
- 10 turma
navis
praepositus
turma
navis
praepositus
- 11 Puella clavichordum meditatur.
Puer violinum in cubiculo suo meditatur.
Femina citharam in exedra meditatur.
Vir violinum in theatro meditatur.
- 12 Violinum intus meditor.
Citharam foris meditor.
Pediludium intus exerceo.
Pediludium foris exerceo.
- 13 Hic currus publicus tibi ascendendus est. Celerior
est.
Hoc tibi bibendum est. Frigus foris est.
Hoc tibi auscultandum est. Mihi placet.
- 14 Socolatam edere volo, sed olera mihi edenda sunt.
Telehorasim aspicere volo, sed mihi exercendum
est.
Saltare volo, sed solum mihi verrendum est.
Domum mature ire volo, sed opus mihi
faciendum est.
- 15 Cubiculum in ordinem ei redigendum est.
Canis nobis lavandus est.
Hoc tibi emendum est. Non nimis carum est.
Hoc tibi gerendum non est. Tibi non convenit.
- 16 Estne mihi meditandum?
Tibi meditandum est.
Licetne violinum meum in solo ponere?
Non licet. Violinum super mensam tibi ponendum
est.
- 17 Aliquis prope ianuam est.
Aliquis tecum loqui vult.
Aliquis in officio est.
Aliquis in aquae deiectu est.
- 18 Aliquis citharam meditatur.
Aliquis exercetur.
Aliquis vasa escaria lavat.
Aliquis in raeda est.
- 19 Aliquis aliquid emit.
Aliquis imaginem photographicam facit.
Aliquis aliquid facit.

1.3 Pars alia

- 20 Hic pediludio ludere non possumus. Locus nobis
inveniendus est.
Hic meditari non possumus. Locus nobis
inveniendus est.
Hic edere non potest. Locus ei inveniendus est.
Hic tendere non possunt. Locus eis inveniendus
est.
- 21 In hoc loco natare possum.
In hoc loco pediludio ludere possumus.
In hoc loco legere possumus.
In hoc loco nartis prolabi possumus.
- 22 Locum ad discendum quaerunt.
Locum ad discendum invenerunt.
Locum ad exercendum quaerimus.
Locum ad exercendum invenimus.
- 23 Aliquid edere vult.
Aliquis epistulam mihi scripsit.
Aliquando cantrix clara ero.
- 24 Canes aliquando intus, aliquando foris habitant.
Mathematica aliquando facilis, aliquando
difficilis est.
Aliquando imagines photographicas hominum,
aliquando imagines photographicas animalium
facio.
- 25 Aliquando caltulas, aliquando bracas Genuenses
gerimus.
In schola caltulas semper gerimus.
Mane aliquando potionem Arabicam, aliquando
potionem Sinensem bibo.
Mane potionem Arabicam semper bibo.
- 26 Hic aliquando frigus, aliquando calor est.
Hic semper frigus est.
Hic numquam frigus est.
- 27 Citrea viridia semper acerba sunt.
Socolata numquam acerba est.
Saccharum semper dulce est.
Piper numquam dulce est.
- 28 Semper in aquae deiectu labor antequam ad
officium eo.
Numquam carnem edo.
Aliquando esurit, aliquando sitit.
Aliquis semper hic stat.
Numquam aestate nartis prolabimur.
Aliquando officium mature relinquo.
- 29 Ubi exercemini?
Aliquando hic exercemur, aliquando in schola
exercemur.
Quando hic exercemini?
Tempore autumnii hic exercemur.
Quando in schola exercemini?
Hieme.

1.4 Caput

- 01 duo oculi
auris
nasus
os
- 02 Quid est?
Crus pueri est.
Quid est?
Brachium puellae est.
- 03 brachium
crus
oculus
auris
nasus
os
- 04 Crura mea sunt.
Brachium meum est.
Oculi mei sunt.
Aures meae sunt.
Nasus meus est.
Os meum est.
- 05 Brachium vulneravit.
Nasum vulneravi.
Oculum vulneravit.
Crus vulneravi.
- 06 Puer genua vulneravit.
Cubitum vulneravi.
Manus viri super genua sunt.
Cubita feminae super mensam sunt.
- 07 Fasciam super genu meum ponis.
Fasciam super digitum habet.
Fasciam super brachium habet.
- 08 Fascias super cubita habeo.
Fascias super genua habent.
Fasciam super crus habet.
Fasciam super genu habet.
- 09 Nartis prolabitur.
Cadit.
Birota vehitur.
Cadit.
Equitat.
Cadit.
- 10 Vir de birota cadit.
Vir de birota cecidit.
Puella de saepe cadit.
Puella de saepe cecidit.
- 11 De birota cecidi. Habesne fasciam?
Cubitum vulneravi.
Sitio. Habesne aquam?
Aegroto. Habesne medicamentum?
- 12 Quid accidit?
Cum pluebat, foras ivi.
Quid accidit?
Cum arborem ascendebam, cecidi.
- 13 Quid accidit?
Cecidi et brachium vulneravi.
Quid accidit?
Cum nartis prolabebantur, ceciderunt et crura vulneraverunt.
- 14 Quid accidit?
Mamma thoracem laneum tuum lavit.
Quid accidit?
Praeterita nocte tres horas saltavi.
Quid accidit?
Ad litus maritimum ivi.
- 15 Quid accidit?
De equo cecidi.
Quid accidit?
De saepe salui.
- 16 Quid accidit?
De birota cecidi.
Vulneravistine genu?
Non vulneravi. Cubitum vulneravi.
Velisne fasciam?
Velim.
- 17 caput
caput
caput
venter
venter
brachium
- 18 Caput pueri dolet.
Venter puellae dolet.
Auris mea dolet.
Nasus eius dolet.

1.4 Pars alia

- 19 Caput meum dolet.
Venter filii mei dolet.
Brachium feminae dolet.
Oculi mei dolent.
Nasus feminae dolet.
Os eius dolet.
- 20 Satin' salve?
Auris mea dolet.
Satin' salve?
Aegroto.
- 21 Satin' salve?
Caput meum dolet.
Satin' salve?
Aliquid in oculo habeo.
- 22 Quot gradus foris numerantur?
Duo gradus numerantur. Pallium tibi gerendum est.
Quot gradus foris numerantur?
Triginta gradus numerantur. Ad litus maritimum nobis eundum est.
- 23 Quot gradus numerantur?
Triginta septem gradus.
Quot gradus numerantur?
Duodequadraginta gradus.
- 24 Satin' salve?
Undequadraginta gradus numerantur.
Medicum per telephorum adibo.
Numerus telephonicus medici super armarium frigidarium est.
- 25 Medicamentum cum aqua sumit.
Post cenam medicamentum tibi sumendum est.
Hoc medicamentum cum lacte sume.
- 26 Semel in die ientaculum sumit.
Hamaxostichus bis in die Lutetiam proficiscitur.
Hoc medicamentum bis in die sume.
Potionem Arabicam semel in die bibo.
- 27 Dentes bis in die tibi lavandi sunt.
Aeroplanus semel in die Moscoviam proficiscitur.
Hoc quater in die sume.
Currus publicus sexies in die ad mediam urbem proficiscitur.
- 28 Ludisne teniludio?
Ter in hebdomade ludo.
Sumisne medicamenta?
Hoc semel in die sumo.
- 29 Satin' salve?
Venter meus dolet.
Duodequadraginta gradus numerantur.
Hoc medicamentum ter in hebdomade tibi sumendum est.
- 30 Cave. Solum umidum est.
Cave. Raeda venit.
Cave. Arborem valde proceram ascendis.
- 31 Cave, quaeso, cum birota veheris.
Cave, quaeso, cum raedam reficis.
Cave, quaeso, cum in nive gubernas.
- 32 Vultisne cras nartis prolabi?
Volumus.
Cavete, quaeso!
- 33 Salve, Ioannes.
Salve, medice.
Quid accidit?
Cecidi. Caput meum dolet.
- 34 Quid accidit?
De scalis cecidi.
Sume hoc bis in die.
Gratias.
Cave, cum super scalas es. Vale.
Vale.

1.5 Fabella

- 01 Affer mihi scalas, quaeso.
Libenter.
- 02 Suntne fractae?
Fractae sunt.
- 03 Te adiuvalo.
Noli me adiuvalere.
- 04 Satin' salve?
Genu dolet.
- 05 Quid accidit?
Cecidi.
- 06 Egesne fascia?
Gratias. Fascia non egeo.
- 07 Velisne malum?
Nolim. Malum habeo.
- 08 Qui hanc domum colent?
Familia ex Gallia oriunda. Duos liberos habent.
- 09 Estisne in eadem pediludii turma?
In eadem pediludii turma sumus.
- 10 Hodiene exercitabimini?
Hodie non exercitabitur. Hora tertia certamen habebimus.
- 11 Estne solum haustri ope mihi purgandum?
Solum haustri ope tibi purgandum est.
- 12 Fungiturne munere suo?
Munere suo non fungitur.
- 13 Estne solum mihi verrendum?
Solum tibi verrendum est.
- 14 Quota hora venient?
Hora tertia venient.

2.1 Caput

- 01 Viri vicerunt.
Femina vicit.
Puella vicit.
Puer vicit.
- 02 Raeda caerulea vincitur.
Raeda rubra vincit.
Turma rubra vincitur.
Turma viridis vincit.
Vicimus!
Victa sum.
- 03 Puella vicit et puer victus est.
Laeti sunt quia vicerunt.
Vir tristis est quia victus est.
Vir laetus est quia vicit.
- 04 Nemo edit.
Omnes currunt.
Omnes loquuntur.
Nemo ludit.
- 05 Nemo salit.
Omnes saliunt.
Nemo sedet.
Omnes sedent.
- 06 Nihil sub lecto est.
Super mensam omnia caerulea sunt.
Nihil in officio est.
In labello omnia sordida sunt.
- 07 Nihil super stragulam vestem est.
Aliquid in herba est.
Omnia in solo sunt.
- 08 Nihil novi in hac exedra est.
Aliquid in hac exedra flammeum est.
Omnia in hac domo parva sunt.
- 09 Nihil in armario frigidario est. Omnia super abacum sunt.
Nihil super abacum est. Omnia in armario frigidario sunt.
Nihil in labello est. Omnia super mensam sunt.
Nihil super mensam est. Omnia in labello sunt.
- 10 Satis calamorum omnibus est.
Satis sellarum omnibus non est.
Satis potionis Arabicae omnibus non est.
Satis libi omnibus est.

2.1 Pars alia

- 11 Estne satis poculorum omnibus?
Satis poculorum omnibus est.
Estne satis fuscinarum omnibus?
Satis fuscinarum omnibus non est.
- 12 Canis cinereus thoracem laneum rubrum habet.
Ludit cum cane qui thoracem laneum rubrum habet.
Currit cum cane qui thoracem laneum rubrum habet.
- 13 Hi tuniculas caeruleas gerunt.
Ludo cum eis qui tuniculas caeruleas gerunt.
Vincunt ii qui tuniculas caeruleas gerunt.
Victi sunt ii qui tuniculas caeruleas gerunt.
- 14 Puer vincit.
Laetus est puer qui vicit.
Puella cadit.
Brachium vulneravit puella quae cecidit.
Vir vincitur.
Tristis est vir qui victus est.
- 15 Femina artem pingendi docet.
Cum puella loquitur femina quae artem pingendi docet.
Picturam emit femina quae artem pingendi docet.
- 16 Uter musicus amicus tuus est?
Amicus meus est musicus qui cithara canit.
Quo aeroplano veheris?
Vehar aeroplano qui quinta hora pomeridiana proficiscetur.
- 17 Egeo medico qui mihi medicamentum det.
Medicus mihi medicamentum dat.
Egent magistro qui sibi respondeat.
Magister eis respondet.
Egeo famulo qui mihi aquam afferat.
Famulus mihi aquam affert.
- 18 Vasa escaria lavare volo. Egeo qui machinam elutoriam reficiat!
Ludere vult. Eget qui secum ludat.
Poma edere volunt. Egent qui arborem ascendat.
Domum emere volumus. Egemus qui nos adiuvet.
- 19 Egeo ministro qui Latine loquatur.
Habeo multas amicas quae bene canunt.
Egeo saltatrice quae bene saltet.
- 20 Opus facimus in officio quod fenestras habet.
Opus facere volumus in officio quod fenestras habeat.
Habeo sororem quae clavichordo canit.
Egeo qui cithara canat.
- 21 Quid velis?
Egeo qui Sinice loquatur.
Quid velitis?
Egemus quod in convivio personatorum gerat.
- 22 Scisne quis vocetur?
Scio. Ioannes vocatur.
Scisne ubi simus?
Scio. Hic sumus.
- 23 Scio quot nummos Europaeos habeam.
Nescio quot sint.
Scit quanti constet.
Nemo scit quot pisces in oceano sint.
- 24 Nescio ubi claves meae sint.
Nesciunt quid sit.
Nescit quid in manibus habeat.
- 25 Ea aegrotat.
Scio eam aegrotare.
Turma rubra vincit.
Scio turmam rubram vincere.
- 26 Scisne eam cantricem claram esse?
Nescio eam cantricem claram esse.
Scisne nos convivium habere?
Scio nos convivium habere.
- 27 Scit frigus esse.
Parentes nesciunt liberos suos se aspicere.
Sciunt matres suas se aspicere.
- 28 Sciunt ubi pisces sint.
Nescit ubi raeda sit.
Nesciebant infantem dormire.
Scit infantem dormire.
- 29 Scisne Paulum in museo esse?
Nesciebam eum in museo esse.
Scisne Ioannam clavichordo canere scire?
Nesciebam eam clavichordo canere scire.
- 30 Hodie serenum verisimiliter erit.
Hodie vespere verisimiliter ninguet.
Cras verisimiliter pluet.

2.2 Caput

- 31 Turma rubra praeterito mense quinquies vicit et semel victa est.
Turma rubra verisimiliter vincet.
Turma flava praeterito mense in pluribus certaminibus quam turma caerulea victa est.
Turma flava in hoc certamine verisimiliter vincetur.
- 32 Utram stolam emes?
Quamquam stola caerulea bene convenit, stolam rubram verisimiliter emam.
Cur?
Quia stola rubra minus cara est.
- 33 Ibitisne Romam an Lutetiam?
Quamquam Romam ire volumus, Lutetiam verisimiliter ibimus.
Cur Lutetiam ibitis?
Quia ire volumus ad museum artium quod Lutetiae est.
- 34 Utra turma vincet?
Quamquam turma flava bene ludit, turma caerulea verisimiliter vincet.
Cur?
Quia praeterito mense turma caerulea in pluribus certaminibus vicit.
- 35 Utrum magis tibi placet? Aestas an hiems?
Quamquam aestate serenum et calor est, hiems magis mihi placet.
Cur hiems magis tibi placet?
Quia nartis libenter prolabor.
- 36 Nemo secundam mensam attulit.
Scisne habeamusne satis libi?
Verisimiliter non satis habemus. Libum nobis emendum est.
- 01 Aegyptus terra in continenti Africa est.
Italia terra in continenti Europa est.
Brasilia terra in continenti America Meridiana est.
America Foederata terra in continenti America Septentrionali est.
Australia et terra et continens est.
Sinae terra in continenti Asia sunt.
- 02 Haec continens Africa est.
Haec continens Europa est.
Haec continens America Meridiana est.
Haec continens America Septentrionalis est.
Haec continens Asia est.
Haec continens Antarctica est.
Haec continens Australia est.
- 03 Hae nuptiae in Africa sunt.
Hae nuptiae in America Meridiana sunt.
Hae nuptiae in Europa sunt.
- 04 Haec funera in Asia sunt.
Haec funera in America Septentrionali sunt.
Haec funera in Africa sunt.
- 05 Hae nuptiae in Asia sunt.
Haec funera in Europa sunt.
Haec funera in Asia sunt.
Hae nuptiae in Europa sunt.
- 06 Hic liber de animalibus Antarcticae est.
Pelliculam de familiis Africae aspicit.
Hic liber de navibus est.
Haec pellicula de historia Asiae est.
- 07 In officio est, sed de familia cogitat.
De avo et avia cogitat.
De uxore cogito.
- 08 Qua de re cogitas?
Cogito de certamine pediludii quod proxima hebdomade erit.
Qua de re cogitas?
De nuptiis meis cogito.
- 09 Avus meus anno millesimo nongentesimo primo natus est.
Anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo aviam meam in matrimonium duxit.
In Gallia quinquaginta duos annos habitavit.
Anno millesimo nongentesimo octogesimo tertio mortuus est.

2.2 Pars alia

- 10 Matrimonio coniuncti sumus.
Anno millesimo nongentesimo nonagesimo secundo matrimonio coniuncti sumus.
Anno millesimo nongentesimo nonagesimo secundo ei nupsi.
Anno millesimo nongentesimo nonagesimo secundo eam in matrimonium duxi.
- 11 Haec femina in Asia nubit.
Hoc animal in Australia natum est.
Hic vir in Antarctica mortuus est.
- 12 Tibi de infante novo congratulor.
Vobis de domo nova congratulor.
De morte avi tui dolemus.
De morte avi tui doleo.
- 13 Hodie nubo.
Tibi de nuptiis congratulor.
Filius noster heri natus est.
Vobis de infante novo congratulor.
Praeterita hebdomade pater meus mortuus est.
De morte patris tui doleo.
- 14 Avia mea praeterito mense mortua est.
De morte aviae tuae doleo.
Filia mea praeterita nocte undecima hora pomeridiana nata est.
Tibi congratulor!
- 15 Spero fore ut paegnium sit.
Paegnium est!
Spero fore ut paegnium sit.
Paegnium non est. Tunica est.
- 16 Spero fore ut aliquid inveniam.
Aliquid inveni.
Spero fore ut hanc pilam capiam.
Pilam non cepi.
- 17 Spero fore ut in nuptiis meis non pluat.
In nuptiis meis pluit.
Spero fore ut puellam habeam.
Puerum habes!
- 18 Speramus fore ut turma nostra vincat.
Turma nostra victa est.
Spero fore ut mihi nubas.
Tibi nubam.
- 19 Laeti sumus.
Timent.
Tristis sum.
- 20 Laeti sunt quia ludunt.
Femina tristis est quia proficiscitur.
Timet quia numquam gubernavit.
- 21 Homines in funeribus tristes sunt.
Homines in nuptiis laeti sunt.
Timet quia a via aberravit.
- 22 Avia mea centum abhinc annis in Africa nupsit.
Quindecim abhinc annis in America Meridiana nata sum.
Decem abhinc annis in Asia vivebam.
Quattuor abhinc diebus in Europa nata est.
- 23 Viginti abhinc annis eam in matrimonium duxi.
Viginti annos matrimonio coniuncti sumus.
Hic vir tribus abhinc milibus annorum mortuus est.
- 24 Quinquaginta abhinc annis eam in matrimonium duxi.
Homines ex Europa oriundi ad Americam Septentrionalem quingentis abhinc annis navigaverunt.
De birota duabus abhinc horis cecidi.
Viginti quinque annos matrimonio coniuncti sunt.
Unum annum matrimonio coniuncti sunt.
- 25 Artem musicam quindecim annos didici.
Ludum pilae Caledonicae decem annos exercuit.
In Australia quinque annos habitaverunt.
- 26 Quid facis?
Linguam Latinam disco.
Quamdiu linguam Latinam didicisti?
Septem menses linguam Latinam didici.
- 27 Domum aedificant.
Amphitheatrum aedificant.
Templum aedificant.
Pontem aedificant.
- 28 Hoc nosocomium in Africa aedificaverunt.
Hoc nosocomium in America Meridiana aedificant.
Hoc nosocomium in Asia aedificabunt.

2.3 Caput

- 29 Quamdiu hanc scholam aedificabatis?
Hanc scholam unum annum aedificabamus.
Quamdiu hoc aedificabat?
Hoc unam hebdomadem aedificabat.
- 30 Praeterita nocte primum librum legi. Nunc secundo et tertio egeo.
Hanc domum uno abhinc mense aedificavimus.
Nunc hanc colimus.
Decem abhinc minutis cubiculum purgavit. Nunc ludit.
- 31 Quamdiu hanc domum aedificabatis?
Domum duos annos aedificabamus.
Quando hanc domum coletis?
Speramus fore ut domum colamus antequam infans nascatur.
Domum exoptatus venisti!
Vobis congratulor!
- 32 Infans eius verisimiliter mox nascetur.
Infans eorum iam natus est.
Mox matrimonio coniungentur.
Iam matrimonio coniuncti sunt.
- 33 Pluetne mox?
Mox non pluet.
Ede olera.
Olera iam edi!
- 34 Purgabitisne mox culinam?
Culinam iam purgavimus.
Reficietisne mox pontem?
Pontem iam refecimus.
- 01 septentriones
meridies
oriens sol
occidens sol
- 02 Aegyptus in Africa septentrionali est.
Italia in Europa meridiana est.
Gallia in Europa occidentali est.
Sinae in Asia orientali sunt.
- 03 Arbor inter feminam et virum est.
Puella inter feminas est.
Canis inter homines est.
Poculum vacuum inter pocula plena est.
- 04 Oceanus Pacificus est.
Oceanus Arcticus est.
Oceanus Atlanticus est.
Oceanus Indicus est.
- 05 Ubi Oceanus Indicus est?
Oceanus Indicus prope Africam est.
Ubi Oceanus Arcticus est?
Oceanus Arcticus hic est.
Ubi Oceanus Atlanticus est?
Oceanus Atlanticus inter Americam Meridianam et Africam est.
- 06 Vir in Oceano Atlantico navigat.
Hoc animal in Oceano Arctico natat.
Iuxta Oceanum Indicum ambulo.
In Oceano Pacifico natant.
- 07 Hispania sub Gallia est.
Mexicum prope Oceanum Pacificum est.
Gallia inter Germaniam et Hispaniam est.
Gallia sub Britannia est.
- 08 Primum aeroplanus Mexico profectus est.
Tum aeroplanus ad Britanniam advenit.
Tum hamaxosticho ad Galliam meridianam ivi.
Postremo ad Germaniam orientalem gubernavi.
- 09 Mercurii die aeroplanus meus ex Australia proficiscetur.
Iovis die ad Hispaniam adveniet.
Hebdomadem in Hispania manebo.
Postremo hamaxosticho ad Germaniam vehar.

2.3 Pars alia

- 10 Vir in solitudinibus ambulat.
Hoc animal in solitudinibus habitat.
Hi flores in silva pluviali sunt.
Silva pluvialis iuxta litus maritimum est.
- 11 Ubi hanc imaginem photographiam fecisti?
In solitudinibus Mexici eam feci.
Ubi hanc imaginem photographiam fecisti?
In silva pluviali Brasiliae eam feci.
- 12 plantae
plantae
plantae
animalia
animalia
homines
- 13 Arbores plantae magnae sunt.
Planta parva est.
Aliquae plantae flores habent.
Aliquae plantae flores non habent.
- 14 Ubi hae plantae crescunt?
Hae plantae in silva pluviali crescunt.
Ubi hae plantae crescunt?
Hae plantae in solitudinibus crescunt.
- 15 Malus est.
Pinus est.
Citrus Sinensis est.
- 16 Quid hic crescit?
Herba.
Quid hic crescit?
Pinus.
Quid hic crescit?
Citrus Sinenses.
- 17 Quod genus arboris est?
Malus est.
Quod genus arboris est?
Pinus est.
- 18 Quid dixit?
Dixit dilationem esse hamaxostichi, qui ad
Germaniam it.
Quid dicit?
Dicit medicamentum tibi sumendum esse.
- 19 Ignosce. Quid dixisti?
Dixi tunicam tuam mihi placere.
Ignosce. Quid dixisti?
Dixi me maiore vidulo egere.
- 20 Quid magistra dixit?
Dixit hanc plantam in silva pluviali crescere.
Quid medicus dixit?
Dixit hoc medicamentum bis in die mihi
sumendum esse.
Quid vigil publicus dixit?
Dixit hortos publicos ad dextram esse.
- 21 Quid magister dixit?
Dixit Britanniam in Europa esse.
Quid magistra dixit?
Dixit Aegyptum in Africa esse.
- 22 Mater infantem tenet.
Magistra computatorium gestabile tenet.
Tabulam geographicam tenent.
- 23 Felem meam teneo.
Puella flores tenet.
Imagines photographicas tenemus.
- 24 Tene hoc, quaeso.
Doleo. Id tenere non possum.
Tene hoc, quaeso.
Libenter.
- 25 ignis
ignis
ignis
glacies
glacies
arena
- 26 Multa arena in solitudinibus est.
Multa arena in litore maritimo est.
Multa glacies in Antarctica est.
Ignis in silva est.
- 27 Haec effigies e glacie est.
Hoc ignis simile est sed e charta est.
Hoc aedificium ex arena est.
- 28 Domus eius est.
Estne domus eius?
Eius est.

2.4 Caput

- 29 Cuius navis est?
Eius est.
Cuius manus sunt?
Eius sunt.
- 30 Cuius paegnia sunt?
Paegnia nostra sunt.
Haec pila nostra est.
Cuius instrumenta musica sunt?
Tympana mea sunt.
Cithara mea est.
- 31 Hic canis eius est.
Hic canis eius est.
Hic canis meus est.
Hic canis noster est.
- 32 Haec domus mihi placet.
Gratias! Mea est. Eam aedificavi.
Haec pictura mihi placet.
Gratias! Eius est. Eam ei dedi.
Haec planta mihi placet.
Gratias. Nostra est. Hodie mane eam emimus.
- 33 Cuius feles est?
Eius est.
Non est. Tua est.
Doleo. Mea est.
Esuritne?
Esurit.
- 01 Cameli in solitudinibus habitant.
Balaenae in oceano habitant.
Simiae in silva pluviali habitant.
- 02 Aptenodytae in Antarctica habitant.
Tigres in Asia habitant.
Elephanti in Asia et Africa habitant.
- 03 Elephantus in aqua est.
Tigris currit.
Hi aptenodytae mox natabunt.
Balaena natat.
Aliquis in camelo equitat.
Simia in arbore est.
- 04 camelus
balaena
simia
tigris
elephantus
aptenodytes
- 05 Haec avis flava est.
Haec avis rubra est.
Haec avis super florem stat.
Haec avis super arborem stat.
- 06 Hae aves virides sunt.
Hae aves natant.
Haec avis mox edet.
Haec avis loqui potest.
- 07 Una ovis fusca est.
Hae vaccae nigrae et albae sunt.
Hae anates albae sunt.
Hae gallinae fuscae sunt.
- 08 ovis
vacca
anas
gallina
- 09 Aptenodytae aves sunt.
Gallinae aves sunt.
Anates aves sunt.

2.4 Pars alia

- 10 Aptenodytae volare non possunt, sed bene natare possunt.
Hae aves ad septentriones volant.
Hae aves volare non possunt, sed valde celeres sunt.
Haec anas volat.
- 11 Avis alba volat.
Aptenodytes in aqua est.
Balaenae natant.
Hae anates volant.
- 12 Haec avis pulchra est.
Hae aves foedae sunt.
Haec via pulchra est.
Haec via foeda est.
- 13 Feles mea foeda est.
Canis meus foedus est.
Equi tui pulchri sunt.
Vaccae meae pulchrae sunt.
- 14 Haec effigies pulchra est.
Haec effigies foeda est.
Stola mea pulchra est.
Stola mea foeda est.
- 15 Aliquis avem tangit.
Aliquis glaciem tangit.
Aliquis librum tangit.
- 16 Hanc plantam tangere licet.
Hoc animal tangere licet, sed cave.
Visne equum tangere?
- 17 insectum
insectum
insectum
serpens
serpens
rana
- 18 Hoc bibere periculosum est.
Hoc bibere periculosum non est.
Hanc serpentem tangere periculosum est.
Hanc serpentem tangere periculosum non est.
- 19 Noli hunc focum tangere!
Noli hoc animal tangere! Sordidum est.
Noli hanc ranam tangere. Periculosa est.
- 20 Hic equitare periculosum est.
Hic equitare periculosum non est.
Hic tendere periculosum est.
Hic tendere periculosum non est.
- 21 Haec rana pulchra est, sed periculosa. Noli eam tangere.
Haec rana foeda est, sed non periculosa. Licet eam tangere.
Hoc insectum pulchrum est et non periculosum. Licet id tangere.
Hoc insectum foedum et periculosum est. Noli id tangere.
- 22 Spero fore ut ranam inveniamus.
Spero fore ut camelis vehi possimus.
Natare cum squalis periculosum est.
Tigrim tangere periculosum est.
- 23 Sperat fore ut bonam imaginem photographica elephantorum faciat.
Sperat fore ut bonam imaginem photographica aptenodytarum faciat.
Sperant fore ut bonas imagines photographicas squali faciant.
- 24 Insecta non timet.
Feles canem non timet.
Squalos timet.
Serpentem timent.
- 25 Insectum tangere timeo, sed pater dicit id periculosum non esse.
Mater dixit haec animalia ex Africa oriunda esse.
Ovem tangere timeo, sed magister meus dicit eam periculosam non esse.
Atta dixit has serpentes Australiae esse.
- 26 Simia nostra est.
Haec anas eorum est.
Hae gallinae nostrae sunt.
Hae vaccae eorum sunt.
- 27 Suntne hae claves vestrae?
Nostrae sunt.
Estne ille canis tuus?
Non est, eorum est.

2.5 Fabella

- 28 Utrum poculum meum est?
Hoc tuum est.
Quae sella mea est?
Haec tua est.
Ignosce. Estne tuum?
Meum est, gratias.
- 29 Hic vidulus tuus est.
Hae pilae tuae sunt.
Ignosce. Estne umbella tua?
Haec pallia vestra sunt.
- 30 Estne haec raeda tua?
Non est, eorum est.
Estne hoc poculum meum?
Tuum est.
Suntne hi liberi tui?
Non sunt, eorum sunt.
- 31 Haec mihi placent. Tua maiora quam mea sunt.
Tua bene sapiunt, sed eius melius quam tua
sapiunt.
Aspice raedam eorum! Sordidior quam nostra est.
Aspice violinum eius! Magis novum quam tuum
est.
- 32 Avis tua pulchra est. Ubi eam invenisti?
In silva pluviali Africae eam inveni.
Quid ei accidit?
Aliquis eam vulneravit.
Potestne volare?
Nunc volare non potest, sed post duas
hebdomades poterit.
- 01 Potesne id reficere?
Non possum.
- 02 Salvete.
Salve.
- 03 Vilelmus Norton vocor. Uxor mea est, Iulia.
Vos noscere gaudeo. Catharina vocor. Quid
accidit?
- 04 Raeda nostra munere suo non fungitur. Potesne
nos adiuvere?
Maritus meus eam reficere verisimiliter potest.
- 05 Estne hic?
Hic non est. Opus facit, sed mox veniet.
- 06 Velitisne intus expectare?
Velimus, gratias.
- 07 Domum nostram exoptati advenistis!
Gratias!
- 08 Estne filia vestra?
Filia nostra est.
- 09 Quando nata est?
Duobus abhinc mensibus nata est.
- 10 Velisne eam tenere?
Velim.
- 11 Quamdiu familia tua hic habitavit?
Familia mea multos annos hic habitavit.
- 12 Avus meus hanc domum septuaginta quinque
abhinc annis aedificavit.
Domus valde pulchra est.
- 13 Quando matrimonio coniuncti estis?
Septem abhinc annis matrimonio coniuncti
sumus.
- 14 Qua de re cogitas?
De nuptiis nostris cogito.
- 15 Velitisne nobiscum prandium sumere?
Velimus, gratias.
- 16 Estne satis poculorum?
Satis poculorum est.

2.5 Pars alia

- 17 Estne illa raeda vestra?
Illa raeda nostra est.
- 18 Potesne eam reficere?
Possum.
- 19 Gratias.
Libenter.
- 20 Fungiturne munere suo?
Munere suo fungitur.

3.1 Caput

- 01 Cum uxore navigat.
In hortis publicis cum amica ambulat.
Cum marito mala emit.
Cum amico mox nartis prolabetur.
Maritus et uxor domum purgant.
Vir cum amica ientaculum mox sumet.
- 02 Amicus meus est, Paulus.
Te noscere gaudeo, Paule.
Amica mea est, Rebecca.
Te noscere gaudeo, Rebecca.
- 03 Puto fore ut turma Galliae vincat.
Puto fore ut hodie vespere pluat.
Non putat familiam domi esse.
Puto pallium meum hic esse.
- 04 Puto amicam meam in bibliotheca esse.
Putant filiam dormire.
Puto raedam nostram prope hanc cauponam esse.
- 05 Puto me hoc reficere posse.
Non puto fore ut hodie pluat.
Puto hanc cauponam bonam esse.
Puto fore ut mox ninguat.
- 06 Putasne fore ut turma nostra vincatur?
Puto fore ut vincamur.
Putasne fore ut turma nostra vincat?
Puto fore ut vincamus.
- 07 Novistine amicum meum, Nicolaum?
Novi. In eodem officio opus faciebamus.
Novistine amicam meam, Mariam?
Non novi. Te noscere gaudeo, Maria.
- 08 Ecce amicus meus, Ludovicus. Novistine eum?
Eum non novi.
Susanna vocor.
Te noscere gaudeo, Susanna.
Te noscere gaudeo, Ludovice.
- 09 Ioannes! Quid Novi Eboraci facis?
Nunc hic habito.
Novistine uxorem meam, Iuliam?
Non novi. Ioannes vocor.
Te noscere gaudeo, Ioannes.
Te noscere gaudeo, Iulia.

- 10 Putat amicum suum male coquere.
Puto calceos rubros foedos esse.
Putat eum male canere.
Putamus libum bene sapere.
- 11 Puto mathematicam studium eorum excitare.
Puto historiam eis taediosam esse.
Liber feminae studium eius excitat.
Liber eius taediosus est.
- 12 Putat hoc museum taediosum esse.
Scientiae studium eius valde excitant.
Libri studium eius excitant, sed telehorasis
taediosa est.
Certamen studium puerorum excitat, sed amicis
eorum taediosum est.
- 13 Haec pellicula studium eorum excitat.
Haec pellicula taediosa est.
Hic liber studium eius excitat.
Hic liber taediosus est.
- 14 Estne amicus eius?
Est. Puto fore ut anno proximo matrimonio
coniungantur.
Putasne eam uxorem eius esse?
Non puto. Matrimonio coniuncti non sunt. Amica
eius est.
- 15 Novistine Petrum?
Petrum novi. Discipulus meus est.
Quando eum convenisti?
Tribus abhinc mensibus eum conveni.
- 16 Ubi tu et Daniel primum convenistis?
In universitate primum convenimus.
Quando Danielem primum convenisti?
Duobus abhinc annis eum primum conveni.
- 17 Quando primum tatam convenisti?
Primum convenimus, cum is Romam invisebat et
ego illic opus faciebam.
Ubi primum convenistis?
Primum convenimus in thermopolio, ubi opus
faciebam.
- 18 Viginti quinque abhinc annis artem pingendi
docere coepit.
Artem pingendi viginti quinque annos docuit.
Quinquaginta abhinc annis hanc domum cum
marito colere coepi.
Cum marito quinquaginta annos hanc domum
colui.
- 19 Legitne amica tua hunc librum?
Iam eum legit.
Refecitne amicus tuus machinam elutoriam?
Non eam refecit.
Quot libros hoc anno legisti?
Decem libros legi et duo mihi valde placuerunt.
- 20 Cubiculum meum iam bis hac hebdomade
purgavi.
Parentes mei iam quattuor epistulas hoc mense
mihi scripserunt.
Hodie clavichordum iam meditata sum.
Gratias, nolo. Prandium iam sumpsi.
- 21 Hic natate periculosum est.
Hic nartis prolabi periculosum non est.
Exerceri ei placet.
Saltare mihi magis quam pila Caledonica ludere
placet.
- 22 In solitudinibus multum aquae bibere magni
momenti est.
Medicamentum sumere magni momenti est.
Manus lavare antequam coquis magni momenti
est.
Mature ad aeriportum advenire magni momenti
est.
- 23 Cur discere magni momenti est?
Quia ad universitatem bonam ire poteris.
Cur dentes lavare magni momenti est?
Quia dentes magis mundi erunt.
Suntne hae chartae magni momenti?
Magni momenti non sunt.

3.1 Pars alia

- 24 Mathematica mihi placet et magni momenti est.
Scio exerceri magni momenti esse, sed puto id
taediosum esse.
Scio olera edere magni momenti esse, sed ea non
libenter edo.
Puto linguam Latinam discere magni momenti
esse et ea lingua mihi placet.
- 25 Color rectus non est.
Color rectus est.
Numerus telephonicus rectus non est.
Numerus telephonicus rectus est.
- 26 Haec vestimenta apta non sunt.
Haec vestimenta ad natandum apta sunt.
Haec pila apta non est.
Haec pila apta ad pediludium est.
Haec mensa ad magnitudinem huius viri apta non
est.
Haec mensa ad magnitudinem huius puellae apta
est.
- 27 Non puto nos in aedificio recto esse.
Illud aedificium rectum est.
Hoc pallium ad hanc caeli temperiem aptum est.
Sed hic petasus ad hanc caeli temperiem aptus
non est.
- 28 Cauponae novae nomen dedi.
In caupona recta nos esse non puto.
Caupona recta est.
Hi catilli apti non sunt.
Suntne hi catilli apti?
Apti sunt. Gratias.
- 29 Si satis pecuniae habebō, hoc emam.
Si serenum erit, in oceano natabo.
Si pilam capiet, turma eius in certamine vincet.
- 30 Cur meditari magni momenti est?
Si meditaberis, bene canere poteris.
Cur linguam Latinam discere magni momenti est?
Si linguam Latinam disces, ea loqui poteris.
- 31 Si erit numerus qui est decem, vincam.
Quia fuit numerus qui est septem, non vici.
Si ninguet, nartis prolabemur.
Quia ninxit, nartis prolabemur.
Si cubiculum vestrum purgabitis, vobiscum
ludam.
Quia cubiculum vestrum purgavistis, vobiscum
ludam.
- 32 Aliquid pecuniae habet.
Nihil pecuniae habet.
Amica mea multos capillos habet.
Amicus meus nullum capillum habet.
- 33 Puer laetus est quia multum libi est.
Puer tristis est quia nihil libi est.
Multae arbores in silva pluviali sunt.
Nulla arbor in solitudinibus est.
- 34 Hoc anno nullum vestimentum emit.
Hodie nullum librum legi.
Tempore autumnī in nullo certamine vicimus.
- 35 Edistine olera tua?
Nullum olus edi.
Omnia ede, quaeso.
Novistine amicos meos?
Non novi.
Hi amici mei, Aemilia, Samuela, Antonius,
Matthaeus sunt.
- 36 Calceos invenire non possum.
Si cubiculum tuum purgabis, eos verisimiliter
invenies.
Scisne ubi effigies clara sit?
Si in mediam urbem ibis, eam invenies.
- 37 Quomodo mammam novisti?
Sinās invisebam et illic habitabat.
Placebatne tibi lingua Sinensis?
Placebat. Mater tua me ad discendum adiuvit.
Estne linguam Sinensem discere magni momenti?
Est. Si Sinice loqui scies, cum multis loqui
poteris.

3.2 Caput

- 01 In silva pluviali habitat.
In silva pluviali ferias agunt.
Hic vir in solitudinibus habitat.
Haec familia in solitudinibus ferias agit.
- 02 Agetne ferias familia tua hac aestate?
Aget. Ad litus maritimum Mexici ibimus.
Gallice bene loqueris. Habitasne hic?
Non habito. Ferias ago.
- 03 Dollaria habent, sed ego tantum nummos
Iaponenses habeo.
Acetaria et paniculum fartum edit, sed ego tantum
acetaria edo.
Cultrum et fuscinulam habet, sed ego tantum
fuscinulam habeo.
Quattuor libros habet, sed ego tantum tres habeo.
- 04 Tantum unum calceum habeo.
Tantum ligula egeo.
Attulimusne tantum unum linteum?
- 05 Multa genera olerum habeo, sed frater meus
tantum carotas habet.
Pater horologium semper gerit, sed mater
horologium tantum gerit, cum exercetur.
Cum familia mea ferias agit, numquam ad montes
imus. Tantum ad litus maritimum imus.
- 06 Vendisne olera?
Non vendo. Tantum poma vendo.
Vendisne poma?
Non vendo. Tantum olera vendo.
- 07 Dollarium genus nummi est.
Nummus Europaeus genus nummi est.
Nummus Iaponensis genus nummi est.
- 08 Tantum nummos Europaeos habeo. In Iaponia
nummis Iaponensibus mihi permutandi erunt.
In aeriportu nummos Europaeos tuos permutare
potes.
Ubi nummos permutare possum?
In statione ferroviaria eos permutare potes.
- 09 Possumne hic nummos Europaeos dollariis
permutare?
Nummos Europaeos dollariis permutare potes.
Possumne hic nummos Iaponenses denariis
permutare?
Nummos Iaponenses denariis permutare potes.
- 10 Doce me quomodo nummos Europaeos dollariis
permutem.
Libenter. Primum i ad ministrum.
Tum da ei quinque nummos Europaeos.
Postremo dollaria tibi dabit.
Quinque nummos Europaeos septem dollariis
permutavi!
Nunc prandium mihi emere potes.
- 11 saccus dorsualis
saccus dorsualis
saccus dorsualis
chartophylacium
chartophylacium
machina argentaria
- 12 saccus dorsualis
chartophylacium
machina argentaria
nummus
- 13 Ignosce. Estne hic machina argentaria?
Iuxta argentariam in via proxima est.
Ignosce. Estne hic machina argentaria?
Doleo. Non puto machinam argentariam hic esse.
- 14 Vir chartophylacium fert.
Discipulae saccos dorsuales ferunt.
Vir filium fert.
- 15 Fer chartophylacium meum, quaeso.
Doleo. Id ferre non possum.
Fer hoc, quaeso. Saccus dorsualis meus plenus
est.
Libenter id feram.
- 16 Saccus dorsualis vacuus est.
Libros in sacco dorsuali ponit.
Chartophylacium plenum est.
Calamum e chartophylacio extrahit.
Scidulam argentariam in machina argentaria
pono.
Pecuniam e machina argentaria extraho.
- 17 Vasa escaria e capsula extrahit.
Tunicam suam e capsula extrahit.
Paegniam mea in capsula iam posui.

3.2 Pars alia

- 18 Noli ova eo pacto ferre.
Fer ea hoc pacto.
Noli saccum dorsualem eo pacto ferre.
Fer eum hoc pacto.
- 19 Numquam hoc pacto equitandum est.
Semper eo pacto equitandum est.
Birota non eo pacto reficienda est.
Birota hoc pacto reficienda est.
- 20 Vestimenta non eo pacto in capsula ponenda sunt.
Chartophylacium hoc pacto purgandum est.
Liber non eo pacto legendus est.
Solum hoc pacto purgandum est.
- 21 Nullum spatium in armario frigidario est.
Vidulus eius vacuus est. Multum spatium in eo est.
Nullum spatium in capsula est.
Satis spatii familiae in curru publico est.
- 22 Estne satis spatii glossario meo in sacco dorsuali tuo?
Non est, doleo. Id tibi ferendum est.
Estne satis spatii calceis meis in vidulo tuo?
Est. Pone eos.
- 23 Estne aliquid spatii in sacco dorsuali tuo?
Est, sed tantum paululum spatii est.
Vultisne ad tabernas ire?
Volo, sed tantum paululum pecuniae habeo.
Machina argentaria mihi invenienda est.
Licetne mihi aliquid socolatae edere?
Tantum paululum edere tibi licet.
- 24 Velisne plus libri?
Paululum velim.
Velisne plus aquae?
Velim, sed tantum paululum aquae.
- 25 Ignosce. Loquerisne Anglice?
Tantum paululum Anglice loquor.
Loquerisne Sinice?
Tantum paululum Sinice loquor.
- 26 Quanti hoc chartophylacium constat?
Centum dollariis, sed pretium deminutum est.
Hodie tantum octoginta dollariis constat.
Estne pretium earum bracarum Genuensium deminutum?
Deminutum non est. Octoginta nummis Europaeis constant.
- 27 Estne pretium eorum oculariorum solariorum deminutum?
Deminutum est. Octingentis nummis Iaponensibus constabant, sed nunc tantum quingentis nummis Iaponensibus constant.
Estne pretium huius tunicae deminutum?
Deminutum non est.
- 28 Esurit.
Si paniculum fartum haberet, non esuriret.
Hic sedere taediosum est.
Si librum haberem, non taediosum esset.
- 29 Umbellas habent. Umidae non sunt.
Si umbellas haberent, umidi non essent.
Spatium in sacco dorsuali meo habeo.
Instrumentum photographicum tuum feram.
Si aliquid spatii in sacco dorsuali haberem, instrumentum photographicum tuum ferrem.
- 30 Si paniculum fartum haberem, non esurirem.
Si machina argentaria hic esset, praesentem pecuniam haberem.
Si magis plueret, plantae viridarii mei melius crescerent.
- 31 Si raedam haberet, ei ambulandum non esset.
Si tesseras haberemus, certamen aspicere possemus.
Si plus pecuniae haberet, marito horologium emeret.
Si plus spatii in vidulo meo esset, stolam tuam in eo ponerem.
- 32 Cum aliquis aliquid tibi dat, "gratias" dicere urbanum est.
Cum edis, loqui non urbanum est.
Si in bibliotheca es, per telephorum loqui urbanum non est.

3.3 Caput

- 33 Aliquid ad nuptias afferre urbanum est.
Urbanum est ianuam aperire eis qui ante te sunt.
Cum aliquem in nosocomio invisit, flores afferre urbanum est.
In theatro cinematographico loqui urbanum non est.
- 34 Aliquid emere volo, cum ferias agimus.
Haec effigies nimis cara est, sed si pretium eius deminutum est, eam emo.
Ignosce. Estne pretium deminutum?
Nescio. Praepositum rogabo.
Pretium eius deminutum est.
Eam emere velim.
- 35 Magna est. Satis spatii in sacco dorsuali meo non est.
Si maiorem saccum dorsualem haberem, eam ferre possem.
Maior saccus dorsualis mihi emendus est.
Non est. Tibi eam in vidulo meo ponere licet.
Satis spatii esse puto.
Estne satis spatii?
Satis spatii est, convenit!
- 01 Puer et puella laeti sunt quia placentam Neapolitanam edunt.
Scriblita super focum est.
Vir placentam Neapolitanam parat.
Scriblitae matris meae bene sapiunt.
- 02 tertia pars scriblitae
tertia pars scriblitae
tertia pars scriblitae
dimidium scriblitae
dimidium scriblitae
scriblita integra
- 03 Dimidium placentae Neapolitanae est.
Tertia pars placentae Neapolitanae est.
Quarta pars placentae Neapolitanae est.
Placenta Neapolitana integra est.
- 04 Libum mox secabunt.
Olera secat.
Vir placentam Neapolitanam secuit.
- 05 Vir aurantium in duas partes secuit.
Famula citrea viridia in quattuor partes secuit.
Puer scriblitam in tres partes secuit.
- 06 Tertiam partem lactis iam bibit.
Aliquis dimidium libi edit!
Magister chartam in duas partes secuit.
Avia malum meum in quattuor partes secuit.
- 07 Amica eius dimidium aurantii edit.
Dimidium alterum amico dat.
Hac pila ludo.
Amica mea altera pila ludit.
